

consiliarios; capta fuit pars quod dicta sentencia non debeat esse firma, et fuerunt balote 19 non sincere, 147 quod esset firma, 241 quod non esset firma, et hec capta fuit, et fuit quartum consilium in quo non sincere non computantur.

Tenor cedula date per dictum aduocatorem super dicta parte talis est.

10

Vobis domino Duci et uestro consilio notum facio ego Laurentius Maripetro aduocator communis, quod cum nobilis uir dominus Marinus Badouario olim existens Ducha de Creta dederit ad intelligendum, et dixerit nobilibus uiris Paulo Donato et Marino Mauroceno consiliariis eius nouis, quod due partes, silicet nobilis mulier Marchesina Dono relicta Nicolay Dono feudati uestri de Creta ex una parte, et Nicoletus Dono nepos condam dicti Nicolay Dono, ex altera, in quadam questione compromiserant sic se, et fuerant contenti de stare cuidam consilio, quod ipse Ducha cum suis consiliariis ueteribus, silicet Petro Vidal et Dardi Contareno, miserat acceptum de Veneciis et ipsi consiliarii noui protulerint sentenciam simul cum dicto Ducha secundum illud consilium, quod uenerat de Veneciis; credentes quod ita esset ueritas, sicut eis dixerat, dictus Ducha, non auditis nec intellectis per ipsos consiliarios nouos aliquibus rationibus, nec scripturis dictarum partium, sicut uidere potestis manifeste, quod ponatis in isto maiori consilio utrum dicta sentencia, cum sit contra omnem debitum modum, ordinem, uiam et formam sententiandi data et maxime propter uerba predicta, que dictus Ducha tunc dedit ad intelligendum dictis suis consiliariis nouis, que modo ueritate inquisita non inueniantur ita esse debeat sic remanere firma uel non.

Ego Franciscus Dandulo manu mea subscrispi

Ego Justinianus Justiniano manu mea subscrispi

Ego Henricus Michael manu mea subscrispi

30

Ego Johannis Calderarius notarius de mandato predictorum dominorum  
suprascriptum consilium cancellavi.

32

### 31

Ἐπειδὴ ἐπιτρέπεται ὁ οἶνος Κρήτης νὰ ἔξαγηται ἐκ Βενετίας καὶ νὰ ἀποστέλληται εἰς Φλανδρίαν μετὰ τῶν ἔξωπλισμένων κατέργων καὶ μὴ ἔξωπλισμένων πλοίων, ἄνευ πληρωμῆς δασμοῦ, ὑπὸ τὸ πρόσχημα δὲ τοῦ Κρητικοῦ οἴνου ἀποστέλλεται οἶνος ἄλλης προελεύσεως πρὸς ζημίαν τῆς κοινότητος ἡμῶν, ἀποφασίζεται, ὅπως ἐμποδισθῇ τοῦτο, νὰ ἀνατεθῇ εἰς τοὺς ὀφφικιούχους νὰ ἔρευνῶσι καὶ ἀνακρίνωσι τὰ κάτεργα καὶ τὰ πλοῖα τὰ μεταβαίνοντα εἰς Φλανδρίαν, ἐὰν φέρουσι ἄλλον οἶνον πλὴν τοῦ τῆς Κρήτης. Οἱ δὲ παραβάται νὰ τιμωρῶνται διὰ τῶν ποινῶν τῶν λαθρεμπόρων. 1317, Μαρτίου 6.

F<sup>o</sup> 84r Millesimo trecentesimo XVII, die VI Marcij.

1

Cum permissum sit quod uinum Crete possit extrahi de Veneciis, et conduci in Flandriam cum galeis armatis et nauigio disarmato sine soluendo dacium et



sub colore uini Crete posset portari de alio uino in preiudicium nostri Communis;  
 5 capta fuit pars quod hoc factum commitatur officialibus grossorum de Raxia,  
 qui examinent et inquirant de dictis galeis et navigiis euntibus in Flandriam, si  
 portarent aliud uinum, quam uinum Crete; et de toto uino, quod inuenient por-  
 tari in ipsis lignis aliud quam de Creta, cadant portantes in penas in quas  
 incurruunt illi qui portant uinum contrabannum, de qua pena habeant officiales  
 10 quartum, et residuum sit Communis. Et si accusator inde fuerit ita quod per eius  
 accusationem ueritas habeatur, habeat eciam quartum, et teneatur de credencia  
 et aliud sit Communis. Et si consilium, uel capitulare est contra sit reuocatum  
 quantum in hoc, non intelligendo de uino quod portaretur soluto dacio Communis.

Ego Johannes Nicolaus Rubeus manu mea subscrispi

15 Ego Daniel Chocho manu mea subséripsi

Ego Franciscus Contareno manu mea subscrispi

Ego Johannes Vido notarius curie suprascriptum consilium de mandato  
 18 suprascriptorum dominorum cancellavi. 1376, 9 Decembri.

### 32

Ο Φύλιππος Βιάδρος διορίζεται λογιστής τοῦ ταμείου Κρήτης ἀντὶ τοῦ θανόντος Βενεδείκτου Σάζου,  
 ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὅροις καὶ μισθῷ, ὡς ὁ θανὼν Σάζος ἐπὶ δύο ἔτη. 1317, Μαρτίου 8.

Fo 84<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo xvii, die viii Marcij.

Cum Phylippus Viadro fuerit camerarius Crete et de factis ipsius camere,  
 sicut exponit bene sit instructus, et sciat, et scribanaria dicte camere uacet per  
 priuacionem Benedicti Saxo; capta fuit pars, quod dictus Phylippus Viadro sit  
 5 scribanus dicte camere cum salario et condicionibus cum quibus ipsam scriba-  
 niam habebat dictus Benedictus Saxo, approbando eum singulis duobus annis.

Ego Petrus Gradomico manu mea subscrispi

Ego Marcus Cornario manu mea subscrispi

Ego Pangratius Georgio manu mea subscrispi

10 Ego Paulus Mudazo manu mea subscrispi

Ego Raphaynus de Caresinis suprascripta tria consilia . . . . . cancellavi.

12 1349, 21 Augsti.

### 33

Ο "Αγγελος Καριόλα ἐκ Χάνδακος, διορίζεται νοτάριος εἰς τὸ ὄφφίκιον τῆς δικαιοσύνης τοῦ ἀνω-  
 τέρου δικαστηρίου, (curie propria) ἀφ' οὗ ψηφισθῇ ὑπὸ τοῦ Μεζονος Συμβουλίου Κρήτης.  
 1317, Ιουνίου 6.

Fo 99<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo xvii, die vi Junij.

Cum Ducha et consiliarij Crete scripserint domino Duci quod uacante officio

